

SUPER DIONYSIUM DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA

CAPITULUM PRIMUM

| Quia per angelicae hierarchiae spiritus immediate
5 a deo recipientes divinas illuminationes, quibus ipsa
ecclesiastica hierarchia perficitur, in nos deferuntur
tamquam per animarum nostrarum praesides, decen-
ter et convenienter immediate post doctrinam caelestis
hierarchiae tradit nobis Dionysius doctrinam ecclesia-
10 sticae hierarchiae, circa quam ante litteram quattuor
quaerenda sunt: primo, utrum doctrina ista ecclesiasti-
cae hierarchiae sit scientia; secundo, quid sit subiectum
eius; tertio, utrum sit una; quarto de fine et modo ipsius.

Circa primum sic proceditur:

15 (1) Videtur enim quod doctrina ecclesiasticae hier-
archiae hic tradita non sit scientia; nulla enim scientia
est circa particularia, ut dicit PORPHYRIUS ex senten-
tia Platonis; sed in hac doctrina traduntur particulares
operationes ministrorum ecclesiae; ergo non est scientia.

20 (2) Ad idem: omnis scientia habet principia communia
et propria, ex quibus procedit; sed haec doctrina non
habet principia communia, cum non reducat ea quae
tradit in communes conceptiones; et sic etiam non habet
propria principia, quorum firmitas est ex communibus;
25 ergo non est scientia.

(3) Ad idem: omnis scientia reducitur ad principa-
les partes philosophiae, quae sunt rationalis, naturalis
et moralis, et tres modos essentialia philosophiae, qui
determinantur in VI PHILOSOPHIAE PRIMAE, scilicet ma-
30 thematica, naturalis et divina; haec autem non est aliqua
harum nec reducitur ad eas. Maxime enim si reducitur

videretur reduci in moralem, in quam reduci non potest
pro tanto, quia moralis considerat operationes nostras;
haec autem est de quibusdam non operatis a nobis,
sicut de eucharistia et similibus; ergo non est scientia. 35

(4) Ad idem: AVICENNA dicit quod omnis scientia
est vel de his quae sunt ab opere nostro vel ab opere
naturae; sed sanctificationes, quae hic traduntur, non
sunt ab | opere naturae neque nostro, sed divino; ergo
non est scientia. 40

(5) Ad idem: sicut probat PHILOSOPHUS in VI ETHI-
CORUM, omnis scientia est aeterna, eo quod est de
necessariis; sed ea quae hic traduntur, inceperunt per
institutionem a quodam tempore nec iterum semper
erunt, quia sacramentorum usus cessabit; ergo de his 45
non potest esse scientia.

Ad oppositum: angelica hierarchia et humana
hierarchia eodem perficiuntur, scilicet divino lumine;
cum igitur de angelica sit scientia, quam in ALIO LIBRO
tradidit, videtur quod etiam de ecclesiastica debeat esse 50
scientia.

Ad idem: ecclesiastica hierarchia habet differentias
et passiones, quae de ipsa probari possunt, et habet
diffinitionem et partes, quae requiruntur in scientiis;
ergo de ea potest esse scientia. 55

Solutio: Concedimus quod haec doctrina eccle-
siasticae hierarchiae est scientia, et concedimus rationes
ad hoc. Non tamen est scientia philosophica nec re-
ducitur ad aliquam illarum, neque sicut particularis
ad universalem, cum subiectum et principia eius non 60

Q VSM lp 4 *Q f.1ra V f.79va M f.69va S f.138va* 39 *Q f.1rb*

4 Quia] Incipit expositio alberti magni de ordine fratrum predicatorum super librum beati dyonisi De ecclesiastica ierarchia *praem. S* | spiritus] sanctus *praem. V* 5 quibus] *om. lp* 6 hierarchia] hierarchica *lp* | perficitur] *om. lp* 7 per] *om. V lp* | nostrarum] *canc. Q'* 8 doctrinam] *om. S* 9 tradit] tradidit *S* | Dionysius] *canc. Q'* 10 ante] autem *S* 11 quaerenda sunt] sunt videnda *V* 15 Videtur enim] *om. S* | enim] primo *lp om. M* 15-16 doctrina - tradita] *om. M* 16 tradita] tradite *S* 17-18 sententia] summa *lp* 19 ecclesiae] *om. M* 20 Ad idem] item *M praem. S* 21 haec] *sup. lin. Q'* 23 communes] communiter *Q* 25 scientia] *corr. sup. lin. Q'* 27-28 naturalis et] *om. QV lp* 28 modos] modi *QVS lp et corr. Q'* 31 eas] *corr. ex eadem Q'* | si reducitur] *canc. Q'* *om. VSM lp* 32 videretur] viderentur *Q* videtur *VS lp* 33 quia] quod *VS lp* | nostras] meritis *S* 34 est] *ras. Q' om. V* | non] *ras. Q' om. VSM lp* | a nobis] *canc. Q' om. VSM lp* 35 de] baptismo *add. M* 36-40 Ad - scientia] *om. M* 39 sunt] *sub lin. Q'* | neque] quia *praem. V* | ergo] haec *add. S* 41 Ad idem] item *praem. S* | in] *om. Q* | VI] IV *p* 42 aeterna] aeternorum *lp* | est] *om. S* 44 a quodam] alicuius in *lp* 45 erunt] erant *V* | cessabit] cessabunt *V lp* 47 humana] ecclesiastica *S* 48 hierarchia] *om. SM lp* | lumine] *corr. ex divine Q'* 49 angelica] hierarchia *add. p* | quam] quemadmodum *lp* | in] de *Q* 50 tradidit] traditur *S* tradidi *lp* 53 probari] generari *V* demonstrari *lp* 58 Non] nec *S* 59 illarum] earum *VS lp* | neque] nec *QS lp et corr. Q'*

6 in nos deferuntur: sc. ipsae divinae illuminationes. - 17 Porphy., Isagoge 6.12-16 1 (Arist. Lat. I, 6-7 p.12), ad sensum. Cf. Boeth., In Isagogen Porphy. Ed. II l.3 c.8 (CSEL 48 p.225 v.12sq.). Arist., De anima l.2 c.5 (417 b 22). Alb., De anima. Ed. Colon. t.7 p.100 v.41sq. - 20-21 Cf. Arist., Anal. post. l.1 c.28 (87 a 38-40); Arist. Lat. IV,1-4 p.60 v.21sq. Alb., Anal. post. l.1 tr.5 c.6 (Ed. Paris. t.2 p.140a). - 27-28 Cf. Isid., Etym. l.2 c.24 n.3. Aug., De civ. dei l.8 c.4 v.55sq. (CCL 47 p.220), l.11 c.25 v.6sq. (CCL 48 p.344). - 29 Arist., Metaph. l.6 c.1 (1026 a 18-19). Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.303 v.71-72, p.305 v.27sq. - 36 Avic., Logica pars 1 (f.2ra v.10sq.). - 41-42 Arist., Eth. Nic. l.6 c.3 (1139 b 17-18). Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14 p.427 v.75. - 49 in alio libro: sc. in De caelesti hierarchia.

stabiliantur a primo philosopho nec ab aliquo alio, nec iterum sicut subalternata ad subalternantem, cum medium eius non sit sub medio alicuius earum, tamquam demonstret ‘quia’ altera demonstrante ‘propter quid’; sed est pars scientiae divinae, quae non est aliqua earum quae dicuntur liberales, quamvis quantum ad subiectum sit liberrima, sed est ante liberales quantum ad certitudinem probationis, quae est per inspirationem. Et hic modus est certissimus in se, quia firmatur immediate in lumine divino, a quo est omnis firmitas in principiis rationis, quorum principiorum lumine est probatio liberalium scientiarum. Unde dicit CHRYSOSTOMUS SUPER IOHANNEM quod inspirationi omnes consentiunt, sed in excogitationibus, idest argumentationibus, est maxima dubietas, unde et contradicunt sibi invicem, quamvis nobis videatur minus certus modus, qui est per inspirationem, propter nostrum defectum.

(1) Ad primum ergo dicendum quod hic non traduntur particulares sanctificationes, ut baptismus Petri, sed universalia particularium operationum, sicut etiam in medicina, quamvis causa | exempli aliquae singulares operationes tangantur.

(2) Ad secundum dicendum quod haec doctrina habet principia, ex quibus procedit, non quae subiciantur rationi, sed quae sunt supra rationem divina inspiratione accepta; nihilominus non respuit principia communissima, quibus utuntur demonstrativae scientiae, ut est de quolibet affirmare vel negare.

(3) Ad tertium dicendum quod scientiae, quae sunt de rebus, quarum cognitio acquiritur per principia, quae sunt sub ratione, | reducuntur ad illas scientias; haec autem scientia est procedens per ea quae sunt supra rationem.

(4) Et similiter dicendum ad quartum.

(5) Ad quintum autem dicendum quod licet non semper fuerit usus sacramentorum in significando et causando gratiam nec iterum semper sit futurus, ap-

titudo tamen ad semper significandum et causandum immutabilis est; sicut etiam dictiones in latina lingua ex aliquo tempore sunt institutae ad significandum, de his tamen est scientia grammaticae propter immutabilem significandi aptitudinem, et secundum hoc de sacramentis potest esse scientia.

Circa secundum sic proceditur:

(1) Videtur quod sacramenta, de quibus agitur in hac scientia, non sint subiectum eius; in omni enim scientia determinari debet de subiecto in communi et de omnibus partibus eius; sed in hac scientia non determinatur de sacramento in communi et de omnibus partibus eius, quia nihil dicitur de matrimonio et extrema unctione et paenitentia; ergo sacramentum non est subiectum huius operis.

(2) Praeterea: in scientia debent determinari primae differentiae subiecti, quibus convenit secundum prius et posterius, sicut philosophia prima de potentia et actu et substantia et accidente; sed sacramentorum quaedam sunt novae legis, in quibus est perfecta ratio sacramenti, sicut in causantibus et significantibus gratiam; quaedam vero sunt sacramenta veteris legis, quae tantum significant, de quorum differentia nihil hic determinat; ergo valde insufficienter traderet scientiam de suo subiecto, quod est inconveniens.

(3) Praeterea: si dicatur quod sacramenta sunt subiectum quantum ad ritus sacramentorum, secundum quod pertinent ad actionem hierarchiae, cum in sacramento paenitentiae maxime | exercentur hierarchicae actiones, de ritu paenitentiae aliquid dicere deberet, de qua tamen nihil dicit.

(4) Praeterea: ipse determinat de quibusdam quae tamen non sunt sacramenta, sicut de dormientibus, idest de ritu sepeliendi mortuos, et similiter de monasticis et consummationibus; ergo non est subiectum huius scientiae sacramentum.

Q VSM lp 21 Q f.1va 31 M f.69vb 66 Q f.1vb

1 alio] *om. lp* 2 iterum] *canc. Q¹* | subalternata ad] *in marg. Q²* 3 alicuius] *om. V lp* 4 demonstret] *demonstraret lp demonstratur S* | quia] *quid lp om. V* 7 quantum] *quamvis praem. S* 8 probationis] *luminis lp* 11 lumine] *lumen lp* 12 Chrysostomus] *glossa lp* 13 inspirationi] *inspirationem V* 14 in excogitationibus] *ex cogitationibus S* | argumentationibus] *a rationibus V* 15 et] *om. S* 20 universalia] *in marg. Q² om. V lp* | etiam] *om. lp* 21 causa] *gratia lp* 24 quae subiciantur] *quod subicitur Q et corr. in marg. Q¹* | subiciantur] *subiciuntur S* 25 rationem] *a add. lp om. S* 26 non] *tamen lp* | respuit] *recipit V lp* | principia] *principii Q* 27 est] *om. S* 32 autem] *est add. QVS lp et ras. Q¹* | scientia] *divina add. VS lp* | est] *M corr. sup. ras. Q¹ om. VS lp* | procedens] *transp. post rationem QVS lp* 34 Et – quartum] *om. M* 35 quintum] *quartum M* 37 causando] *creando Q* 38 semper] *om. VSM lp* 39 etiam] *om. S* 42 hoc] *om. S* 43 scientia] *etc. add. S* 45 quibus] *tamen add. VSM lp* 46 sint] *sunt S* | enim] *om. S* 48–49 sed – eius] *hom. Q* 48 scientia] *om. S* 49 sacramento] *subiecto M* | et] *nec SM* 50 nihil dicitur] *non determinantur S* 54 quibus] *in praem. lp* 57 perfecta] *plena M* 58 quaedam] *quidam S* 59 vero] *non Q* 61 valde] *om. S* | traderet] *corr. ex et deret Q¹ tradit M* 63 sacramenta sunt] *sacramentum est suum S* 66 hierarchicae] *hierarchiae lp* 67 deberet] *corr. sup. lin. ex debent Q¹* 68 qua] *quo lp* 70 dormientibus] *dormitionibus V lp* 71 monasticis] *monastibus M mysticis lp* 72 et] *om. VSM lp* 72–73 non – sacramentum] *sacramentum hic non est subiectum huius S*

8–9 Cf. Alb., Summa I. Ed. Colon. t.34,1 p.7 v.34sq. Cf. Petr. Abael., Comm. in Rom. l.1 c.8 v.21 (CCM 11 p.211). – 12–13 Loc. cit. non invenitur, sed cf. Ioh. Chrys., Hom. 24 in Ioh. n.3 (PG 59, 146), transl. Burg., Paris BNF lat. 1782 f.49rb: ‘cum propriis cogitationibus’ *add. in marg.* ‘argumentationibus’; Hom. 17 in Epist. 1 ad Tim. 6,2 (PG 62, 591sq. [648]). – 69 Sc. Dion., cf. c.6 et 7.

(5) Item: videtur quod ecclesiastica hierarchia non sit subiectum, quod tamen videtur alicui esse subiectum ex titulo; hierarchia enim est quidam gradus potestatis; sed baptismus, de quo hic determinatur, non determinat aliquem gradum potestatis, cum a quolibet tradi possit; ergo tota haec scientia non versatur circa hierarchia, et sic hierarchia non potest esse subiectum eius.

(6) Praeterea: IPSE non determinat de quolibet actu hierarchiae, sicut de paenitentia nihil determinat; ergo videtur esse valde insufficiens.

Solutio (1-4): Dicimus quod subiectum huius operis est ecclesiastica hierarchia, secundum quod est in sanctificationibus descendentibus a summo hierarcha per medios usque ad ultimos, qui sunt tantum subditi. Sacramenta autem hic non intenduntur nisi secundum quod ad dispensationem hierarcharum pertinent. Unde non determinat de sacramentis inquantum sacramenta sunt, ostendens, quid sit res in quolibet sacramento, sed quasdam operationes, quibus dispensantur sacramenta per hierarchas. Et ideo concedimus quod sacramentum non est subiectum huius operis, et quattuor primas rationes.

(5) Ad quintum dicendum quod baptismus quantum ad iurisdictionem descendit a primo hierarcha in medios ministros usque ad ultimos, licet executio eius non terminetur ad hierarchas propter necessitatem, quae determinat ministrum quemlibet, etiam de plebe.

(6) Ad sextum dicendum quod in paenitentia non est principale id quod est ex actione hierarchae, sed quod est ex parte subditi, scilicet interior contritio, quae absolvit a culpa; hierarcha autem non absolvit nisi iam absolutum, determinando tantum paenitentiam exteriorem. Et similiter est in matrimonio, quod perficitur consensu, et in extrema unctione, in qua principaliter operatur devotio recipientis. In aliis autem est princi-

palius | ex actione conferentis sacramenta; et ideo de his determinat.

Circa tertium sic proceditur:

(1) Videtur enim quod non est scientia una; una enim est scientia, quae est unius, ut dicit PHILOSOPHUS; cum igitur multa tradantur in hac scientia, ut baptismus, | confirmatio et huiusmodi, videtur quod non sit una scientia.

(2) Praeterea: ista non uniuntur nisi in ratione sacramenti; sacramentum autem, ut DICTUM EST, non est subiectum huius scientiae; ergo ista multa non reducuntur in rationem unam subiecti; ergo de his non potest esse scientia una.

Solutio: Dicimus quod haec scientia est una et habet unitatem a subiecto suo sicut et aliae scientiae. Et omnia quae determinantur in hac scientia, quamvis sint multa, reducuntur tamen ad hierarchiam ecclesiasticam aut sicut partes aut sicut operationes aut aliter. Et per hoc patet solutio ad ea quae obiecta sunt.

Circa quartum sciendum est quod finis huius scientiae non est ut sciamus, sicut nec ethica, sed ut sanctus secundum determinatam sanctitatem, quae scilicet descendit per ministros ecclesiae a primo hierarcha. Modus autem determinandi in scientiis est duplex: compositivus, scilicet descendendo a primis in ultima per compositionem secundi cum primo et sic deinceps, et resolutorius, scilicet dividendo causata in causas primas et composita in simplicia. Et in eisdem potest esse uterque modus secundum diversum ordinem. In hac autem scientia modus manifestandi est resolutorius divinus, non in principia philosophiae; reducit enim operationes inferiorum in superiores et humanas in divinas et has in magis divinas, quousque perveniatur ad primum principium. Modus vero procedendi in scientia

Q VSM lp

37 Q f.2ra 43 M f.70ra

1 Item] praeterea S 2 quod] et lp 3 ex] eo add. S 6 tota] om. M 7 hierarchia] hierarchiam S lp | sic] similiter V | potest] videtur S 11 videtur] videretur V | valde] om. S 12 Dicimus] dicendum Q 14 summo] summa V | hierarcha] hierarchica VS 15 ad] in VM | tantum] tamen S 17 quod] sunt add. Q | dispensationem] dispensationibus S | Unde] in marg. Q² 18 determinat] determinant V 19-20 quid - quibus] quare sint sed quomodo S 19 sed] secundum Q 20 dispensantur] dispensatur V 21 hierarchas] hierarchias V | concedimus] dicimus V 25 descendit] descendum V | hierarcha] hierarchia VS 26 ad] in VSM lp 27 terminetur] determinetur QVSM lp et corr. Q¹ | quae] quod Q 29 in] om. S 30 hierarchae] hierarchica V 31 est] om. S 32 hierarcha] hierarchia V | autem] a culpa add. S 33 tantum] tamen V 34 similiter] etiam add. VSM lp 35 consensu] consensus V 36 recipientis] suscipientis M | est] om. lp 36-37 principalis] illud quod est add. VS lp 37 ex] in V lp 38 his] aliis S 40 enim] om. S lp | est] sit VSM lp | scientia] om. lp 41 est¹] om. VSM lp | quae] om. VSM lp 42 tradantur] traduntur S 45 in] om. V 48 unam] unius M | his] eis S 54 sicut¹] sint S | aut sicut²] in marg. Q² 55 quae] sup. lin. Q² 57 nec] nunc lp | ethica] M et haec Q et corr. in marg. Q² et h^c VFT et hic lp in ethicis S in ethica B et ethica K | ut²] et add. lp 61 scilicet] om. S 61-64 a - simplicia] corr. in marg. ex causata in primis causas et composita in sp^{cu} Q² 62 primo] prima S 63 et] om. V lp | scilicet] om. VS lp | dividendo] reducendo S | causata] tanta Q² et corr. sub lin. Q² causam V lp 64 eisdem] eiusdem Q 65 ordinem] modum V 67 principia] huius add. S 69 et - divinas] om. S | ad] in M

3-4 Cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.45 v.65sq. - 9 Sc. Dion. - 31-32 Cf. Alb., De sacram. Ed. Colon. t.26 p.84 v.14sq., Alb., IV Sent. d.18 a.7 (Ed. Paris. t.29 p.775a). - 34-35 Cf. Alb., De sacram. Ed. Colon. t.26 p.158 v.8sq., Alb., IV Sent. d.27 a.5 (Ed. Paris. t.30 p.137b). - 41 Arist., Anal. post. l.1 c.28 (87 a 38); Arist. Lat. IV,1-4 p.60 v.21. Cf. Alb., Anal. post. l.1 tr.5 c.6 (Ed. Paris. t.2 p.140a). - 46 Supra v.16-22. - 56-57 Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14 p.4 v.16-22. Arist., Eth. Nic. l.2 c.2 (1103 b 28). Alb., ibid. p.95 v.75-76. - 63-64 Cf. Arist., Peri herm. c.1 (16 a 12-13). Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t.37 p.2 v.61-65.

quantum ad partes suas ostendetur ex divisione libri; alia vero, ut de efficiente et habitu regente, determinata sunt in principio CAELESTIS HIERARCHIAE.

Dividitur autem iste liber in duas partes; in prima determinat de ecclesiastica hierarchia in communi; in secunda de partibus eius, et incipit in II CAPITULO, ibi: *Dictum est igitur a nobis etc.* Prima dividitur in duas; in prima determinat modum istius scientiae, quod oportet primo fieri in qualibet scientia, ut dicit PHILOSOPHUS in II PHILOSOPHIAE PRIMAE; in secunda determinat de ecclesiastica hierarchia in communi per differentiam a caelesti et secundum comparisonem ad suum principium, ibi: *Quaedam igitur angelorum est etc.* Prima dividitur in partes | duas; in prima ponit modum, qui servandus est in scientia ista; in secunda probat quoddam quod dixerat, ibi: *Sic enim, ut theologia etc.* Prima dividitur in duas; in prima ostendit, ex quibus principiis et quibus auditoribus tradenda sit haec scientia; in secunda, a quibus occultanda, ibi: *Sed vide, quomodo etc.*

PTS 36 p.63,1; d II,1071, λ f.161va, π f.3rb: Dionysii Ariopagitae episcopi Athenarum ad Timotheum episcopum De ecclesiastica hierarchia. Compresbytero Timotheo Dionysius presbyter. Capitulum primum: Quae sit ecclesiasticae hierarchiae traditio et quae eiusdem speculatio.

Quia quidem secundum nos hierarchia puerorum divinorum sacratissime intenta atque divina habetur deifica scientia et operatione et consummatione, ex supermundanis et sacratissimis nos ostendere oportet eloquiis sacraeque perfectionis mysteriorum teleten his qui ex hierarchicis sacramentis et traditionibus perfecti sunt. Sed vide, quomodo

ut ex principio, deinde sancta sanctorum revererare, si autem et haec secreti dei, intellectualibus et invisibilibus scientiis honorifica, imparticipata quidem haec et incontaminata ab imperfectis conservans, sacris autem solis sacrorum cum sacra illuminatione sancte et pulchre communicans.

Et quia iste liber scriptus fuit in modum epistulae ad Timotheum sicut et CAELESTIS HIERARCHIA, praemittitur salutatio talis: *Dionysius*, quod est proprium nomen auctoris, *presbyter*, idest senior, hoc est episcopus, in quo tangitur eius dignitas; fuit enim episcopus Athenarum; mittit salutem vel hoc opus *Timotheo*, qui fuit discipulus Pauli, *compresbytero*, idest conepiscopo sibi; etenim ipse fuit episcopus Ephesi.

Quidem, idest certe, *quia hierarchia*, idest sacer principatus, *puerorum*, idest ministrorum secundum morem sacrae scripturae, ut IOH. XX (5): ‘Pueri, numquid pulmentarium habetis etc.’, *divinorum* per participationem sacrorum donorum, quae est *secundum nos*, idest apud nos ad differentiam angelicae; hierarchia, dico, *intenta sacratissime*, quantum ad rectam intentionem eorum qui sunt in ea, tendentem in deum ut in finem omnis actionis hierarchiae, *atque divina* quantum ad dona, quibus in hierarchia constituuntur, quae sunt dei similitudines, quia, inquam, haec hierarchia *habetur ex deifica*, idest deum similante, *scientia*, quantum ad perfectionem contemplationis, *et ex operatione*, quantum ad perfectionem activae; et haec duo ponebantur in diffinitione hierarchiae quasi materialia in III CAPITULO CAELESTIS HIERARCHIAE, *et ex consummatione*, idest perfectione, quae est finis operationis hierarchicae; et ideo intermittit alia duo, scilicet purgationem et illuminationem, quia, inquam, sic habetur, *que*, idest pro etiam, *oportet nos ostendere teleten*, idest ritum et formam, *mysteriorum*, idest occultorum, *sacrae perfectionis*, idest ea quae

Q VSM lp

14 Q f.2rb

1 libri] om. VS lp 2 alia] aliis S | ut – efficiente] ex diffinitione S | regente] quae add. S 6 capitulo] capite p 8 quod] quem S | oportet] debet lp 9 fieri] haberi S 11–12 a caelesti] accedenti V 12 comparisonem] operationem V 13 Quaedam] quidem V | igitur] exp. et enim corr. sup. lin. Q¹ 14 servandus] corr. sup. lin. ex secundus Q² om. V lp 15 ista] in marg. Q² 16 ut] ras. Q¹ 18 a] autem lp 19 vide] et inde S idem l 43 sicut] sunt V | et] in S 44–49 quod – Ephesi] om. M 4,50–5,13 Quidem – etc.] om. M 51 morem] corr. Q² 52 XX] XXI p 53 per] om. S 55 differentiam] divinam V lp | angelicae] angelicam lp | hierarchia] hierarchiam V lp | dico] autem praem. S 57 qui] quae lp | in³] om. V 59–60 dei similitudines] dissimilitudines Q 60 inquam] in quantum V 61 idest] om. lp | deum] deo S 66 hierarchicae] hierarchiae S lp 68 habetur] habentur lp | que – etiam] om. lp | que] quia V | pro etiam] pro et S et etiam V 69 nos] om. lp | et] om. S | formam] fortunam S 69–70 mysteriorum] ministeriorum QS

22 ecclesiastica] celesti λ 29–30 operatione] operatio π 35 ut] non d οὐκ Graec. cf. infra p.5 v.38. 36 revererare] reverere d 36–37 intellectualibus] et praem. sub lin. λ¹ 38 imparticipata] inpartificata λπ

3 Cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.3 v.2sq. – 6 Infra c.2, p.23 v.43 et p.23 v.2. – 9–10 Arist., Metaph. 1.2 c.1 (993 a 30sq.). Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.91 v.6sq., v.67sq. – 13 Infra p.8 v.45 et p.8 v.33. – 16 Infra p.6 v.42 et p.6 v.33. – 19 Infra v.34 et p.5 v.14. – 43 Cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.3 v.58. – 45 Cf. Isid., Etym. 1.7 c.12 n.20. – 50–51 Cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.4 v.23–25 cum nota. – 52 recte: Ioh. 21,5. – 64–65 Dion., De cael. hier. c.3 §1, PTS 36 p.17 v.3sq.; Dionysiaca II, 785. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.44 v.69sq.

latent sensibus velata in ritu perfectionis hierarchicae; oportet, dico, ostendere *ex eloquiis* sacrae scripturae, scilicet *supermundanis*, quia per inspirationem traditis, elevantem intellectum supra mundanas rationes, *et sacratissimis*, | quantum ad ea quae in eis traduntur; et haec oportet ostendere *his* auditoribus, *qui sunt perfecti ex hierarchicis sacramentis et traditionibus*, idest doctrinis, ut principia et auditores proportionentur rei traditae. ALIA LITTERA ‘habet’, ubi ista habet ‘habetur’, et potest sic legi: ‘quod hierarchia habet’ tamquam essentialia sibi ‘intenta’, idest actiones intentas, ‘sacratissime atque divina’ dona vel actiones habet, dico, ‘ex deifica etc.’

Sed tu, o Timothee, *vide*, idest cave, *quomodo*, idest per quem modum, sit hierarchia *ut ex principio*, idest ex quo principio sit, quia ex deo; *deinde* considerata sanctitate principii *revererare*, idest iterum atque iterum venereris, *sancta sanctorum*, idest sancta mysteria hierarchiae a sancto sanctorum tradita. Et rationem sive modum reverentiae explicat communiter dicens: *Autem*, idest sed, *si et hoc*, scilicet sacramentum, quod est *secreti dei*, idest occulti nobis, quia ‘lucem habitat inaccessibilem’, eius scilicet quasi auctoris, *honorifica* huius ritus, *scientiis intellectualibus et invisibilibus* exteriorum visu, idest non sistendo in sensibilibus, sed procedendo ex his in intelligibilia; in hoc enim honorantur, quod talium signa creduntur et non propter sensibilia tantum; honorifica, dico, *conservans quidem haec imparticipata ab imperfectis*, idest immundis, quorum voluntas renititur, *et incontaminata* ab eis qui nituntur eis obviare, secundum quod dicitur in EVANGELIO: ‘Nolite spargere margaritas ante porcos etc.’ *Autem*, idest sed, *communicans solis sacris* auditoribus ea *cum sacra illuminatione*, idest doctrina, *sacrorum*, idest de sacris, *sancte*, quantum ad affectum, *et pul-*

chre, quantum ad intellectum, idest per decentes rationes.

ALIA LITTERA: ‘Sed vide, quomodo non ex principio’, idest extra principii decentiam, quod est deus, tradas ea; ‘si sancta sanctorum’ sunt, venerare ea; ‘si autem et haec’ sunt ea ‘quae sunt secreti dei etc.’ Et hic sensus ostenditur ex ALIA TRANSLATIONE, quae sic dicit: ‘Sed vide, ut non extra terminum suum | mittas sancta sanctorum; revereraberis autem et ea quae sunt occulti dei, et intellectualibus et invisibilibus cognitionibus honorabis’; extra terminum suum ponerentur, si non intelligibilia reducerentur et si immundis communicarentur.

Sed videtur insufficienter enarrare ea ex quibus habetur hierarchia.

(1) Sicut enim dicit PHILOSOPHUS, ad virtutem tria exiguntur: scire, velle et indeficienter operari; cum igitur omittat voluntatem ponens scientiam et operationem, videtur insufficienter dicere.

(2) Praeterea: sicut dicit PHILOSOPHUS, velle magis est essentielle virtuti quam scire, quod parum confert ad virtutem; ergo potius debuit ponere voluntatem | quam scientiam.

(3) Praeterea: secundum voluntatem meremur; cum igitur sanctificatio sit ex merito, ponens ea quae pertinent ad sanctitatem hierarchiae, potius debuit ponere voluntatem quam scientiam.

Solutio: Dicimus quod in sanctitate, quae est ex operatione nostra, principalior est voluntas quam scientia, cuiusmodi est sanctitas, quae est per virtutes; sed sanctificatio hierarchica non est ex operatione nostra, sed ex quibusdam operatis, in quibus operatur virtus divina, et ideo in hac sanctificatione non est principalior voluntas.

(1-3) Et per hoc patet solutio ad obiecta.

N QVS lp 5 *Q f.2va* 43 *Q f.2vb* 56 *incipit N f.42r*

1 latent] laudens *S* | sensibus] sensibilibus *S* | hierarchicae] hierarchiae *p* 3 quia] quae *S* | traditis] tradita *S* 4 elevantem] elevant *S* elevantibus *lp* | supra] super *lp* | rationes] rationis *S* 6 auditoribus] *corr. sup. lin. ex* autoribus *Q²* 7 et] in *S* 8 ut] et *Q* 9 Alia littera] autem idest *S* | habet¹] est *praem. V lp* | habet²] *om. lp* | habetur] habet *V* | et] *om. Q* verius *add. in marg. Q²* 10 quod] quia *VS lp* 11–12 intentas – actiones] *hom. S* 12 habet] *om. lp* 14–37 Sed – rationes] *om. M* 14 tu] *om. QS* 15 ut] *om. S* 16 sit] *om. S* 17 principii] principis *p* 18 venereris] *corr. sup. lin. ex* venerendum *Q¹* revereris *lp* | idest] in *S* 18–19 mysteria] ministeria *S* 19 a sancto] actione *S* 19–20 rationem] nomen *S* 21 idest] *om. l* | sed] *transp. ante* Autem *p* | si] *om. l* | et hoc] adhuc *Q* | hoc] haec *lp Dion.* 22 quia] *om. S* 23 habitat] inhabitat *V* | inaccessibilem] in accessibilem *S* | quasi] quod *VS om. lp* 24 huius] huiusmodi *V* hos *lp om. S* | scientiis] scientialis *V* 25 exteriorum] exteriori *S lp* idest *praem. S* 26 intelligibilia] insensibilia *lp* | hoc] his *lp* 27 enim] *om. S* | talium] talia *S* 29 imparticipata ab] imprincipita sibi *Q* 30 renititur] renitatur *S* 32 in evangelio] Matth. VII *l* Matth. VII,6 *p* | spargere] dare sanctum canibus neque mittatis *add. p* | margaritas] vestras *add. p om. S* | ante] inter *S l* 33 sed] *om. Q* 34 ea] si *V* 35 quantum] *om. Q* 36 quantum] quod *S* 38–47 Alia – communicantur] *om. M* 38 Alia littera] autem idest *lp* 40 et] *om. lp* 41 secreti] secreta *V* 42 translatione] tamen similitudine *Q* 43 sancta] sancto *V* 44 revereraberis autem] *om. Q* | et²] *om. QV lp* 46 ponerentur] ponatur *S* | si non] signum *S* | non] in *add. lp* 47 reducerentur] ne ducerentur *S* | immundis] in mundis *VS* 48 insufficienter] ut sufficienter *Q* | ea] quae *add. V* 50 virtutem] veritatem *V* 51 exiguntur] scilicet *add. lp* | scire] et *add. VS lp* | indeficienter] indesinenter *V lp* 54 velle] nulle *V* 55 quod parum] quia primum *lp* 58 Praeterea] voluntas est principium meriti *add. N et can. N¹* | meremur] movemur *lp* 60 hierarchiae] hierarchae *S* 63–65 principalior – nostra] *hom. Q* 64 cuiusmodi] cuius *VS lp* 66 operatis] cooperatis *S* | quibus] quibusdam *Q* 67 sanctificatione] significatione *V lp*

9 Alia littera: transl. Eriug. versio vetust., κ f.25v. – 22–23 1 Tim. 6,16. Cf. Index locorum S.Scripturae ad 1 Tim. 6,16 in Alb., Super Matth. Ed. Colon. t.21,2, ubi semper ‘habitat’ legitur. – 32 Matth. 7,6. – 38 Alia littera: transl. Eriug. versio vetust., κ f.25v. – 38 non: cf. supra p.4 v.35 cum nota. – 42 Alia translatio: transl. Sarr. Dionysiaca II, 1072sq.; λ f.316ra. – 50 Arist., Eth. Nic. 1.2 c.3 (1105 a 30-34). Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14 p.104 v.76-77. – 54 Arist., ibid. (1105 b 2-3). Alb., ibid. v.78.

(1) Item: videtur esse falsum quod dicit huiusmodi sacramenta conservanda esse imparticipata ab imperfectis. Magis enim indigentibus magis sunt communicanda; imperfecti autem magis indigent; ergo eis magis sunt communicanda.

(2) Praeterea: in operatione virtutum largitatis secundum Philosophum est conferre ei qui non habet; sed imperfecti non habent sanctitatem, quae confertur per sacramenta; ergo in collatione sacramentorum hoc praecipue est observandum, ut dentur imperfectis.

(3) Praeterea: sacramenta novae legis sunt causa sanctitatis, non tantum signa; sed ubi est, non potest aliquid causari, sed tantum ubi non est; igitur non sunt communicanda sanctis, sed potius non-sanctis et imperfectis.

Ad oppositum est, quod dicitur SAP. I (5.4): ‘Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum’, multo magis manifeste malum, et: ‘in malivolam animam non intrabit sapientia’.

Solutio: Dicimus quod sunt quidam | imperfecti voluntate et actu, quorum scilicet voluntas repugnat gratiae, et talibus non sunt conferenda sacramenta, quia et contemnerent ea et effectum sacramentorum non potirentur. Sunt enim sacramenta quaedam medicamenta spiritualia; unde sicut corporalis medicina non habet effectum suum in corpore nisi per actionem naturae, ita etiam ubi voluntas repugnat gratiae, non possunt habere effectum sacramenta. Sunt iterum quidam imperfecti, qui tamen faciunt, quod in se est, praeparantes se ad gratiam, et talibus sunt conferenda sacramenta.

(1-3) Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Sic enim, ut theologia etc. Hic probat quoddam quod dixerat, scilicet quod non omnibus aequaliter sunt sacramenta communicanda; et est ratio sua talis: Iesus, qui est principium totius hierarchiae, dissimiliter distri-

buit proprium lumen his qui non similiter sunt dispositi secundum capacitatem naturae, scilicet hominibus et angelis; ergo similiter pontifex his qui non aequaliter sunt dispositi secundum voluntatem, non aequaliter debet sacramenta praebere.

PTS 63,11; d II,1073: Sic enim, ut theologia discentibus nobis tradidit, et ipse Iesus, divinissimus animus et superessentialis, omnis hierarchiae et sanctificationis et deificationis principium, et essentia et divinissima virtus, beatis et nostrum melioribus essentiis significantius simul et intellectualius illucet et eas ad proprium lumen assimilat secundum virtutem; nostrasque ad se extendorum et nos extendente bono amore complicat multas alteritates et in uniformem et divinam consummans vitam et habitum et actionem, sanctam et pulchram donat divinae sacerdotalitatis virtutem. Deinde in sanctam venientes divini sacerdotii operationem propius quidem nos efficimur super nos essentialium, secundum virtutem similitudine manentis et immutabilis earum sacrae collocationis, et hac ad beatum Iesum et divinam claritatem respicientes, et quaecumque videre possibile explorantes sacre et speculationibus scientiae illuminati mysticam disciplinam consecrati et consecrantes, luciformes et deifici, perfecti et perfectores fieri poterimus.

Littera sic construatur: *Enim*, idest quia, *ut*, idest sicut, *theologia*, idest sacra scriptura, *tradidit nobis discentibus* ab ipsa, *sic*, idest per modum, quo non sunt omnibus aequaliter sacra exponenda, *et*, idest etiam, *ipse Iesus*, secundum humanitatem, *animus*, idest intellectus, *di-*

N QVS lp

20 Q f.3ra

1 Item] iterum S | esse] om. QVS lp | falsum] secundum Q | huiusmodi] hic lp 3 Magis] sup. lin. V⁷ | indigentibus] indignantibus S 10 dentur] detur S 11–15 Praeterea – imperfectis] hom. lp 13 causari] communicari S | tantum] tamquam lp 14 et] etiam S 16–19 Ad – sapientia] in marg. et partim abs. est. N¹ 16 Sap. I] om. l 18 manifeste] malitium l malitiae p | intrabit] introibit Q lp 20 Dicimus] dicendum Q | quidam] om. S 23 et¹] om. S | contemnerent] contempneret Q contempnunt S | ea] om. lp | et²] in Q | effectum] effectu V 24 potirentur] petirentur Q pertirentur V consequuntur S obtinerent lp | sacramenta] quaedam praem. S 26 habet] producit lp | nisi] praeparato add. lp 27 naturae] om. lp | etiam ubi] ad S 28 possunt] posset Q | sacramenta] om. lp | Sunt] autem add. QV lp praem. S 29 quidam] quidem V 33 quoddam quod] quaedam quaerendo V quaedam quae lp | quoddam] om. S | quod] ut Q 34 scilicet] sed Q | omnibus] omni lp 35 Iesus] ille V iste lp 37 similiter sunt] sunt aequaliter lp 38 naturae] enim lp 38–39 scilicet – angelis] in marg. N¹ 38 scilicet] sed Q om. lp 39 angelis] distribuit add. lp 41 praebere] conferre S 66 construatur] contemptatur S confirmatur V 66–67 idest sicut] om. lp 67 discentibus] descendentibus V 68 sic] om. V lp | per] om. lp | quo] quod S 69 idest etiam] om. V lp | Iesus] ita V 70 idest intellectus] om. S

54–55 sacerdotalitatis] sacerdotalis π 58 similitudine] similitudini d 60 beatum Iesum] beatam Iesu d 65 perfectores] perfectioris λπ Alb.

1 Supra p.5 v.28–29. – 7 Arist., Eth. Nic. I.4 c.1 (1119 b 20sq.). Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14 p.222 v.58sq., p.224 v.64–65. – 11–12 Cf. Petr. Lomb., IV Sent. d.1 c.4 (Ed. Grottaf. p.233 v.13–15). Alb., De sacram. Ed. Colon. t.26 p.4 v.14sq.; Alb., IV Sent. d.1 a.15 (Ed. Paris. t.29 p.29b). – 24–25 Cf. Petr. Lomb., ibid. d.1 c.1 (Ed. Grottaf. p.231 v.9–10). Alb., IV Sent. d.1 a.1 (ibid. p.4b). – 67 Cf. Glossa interl. λ f.162ra, π f.4ra.

vinissimus, idest supra modum omnis creaturae divini
 luminis particeps, ut etiam angeli ab ipso recipiant, *et*
superessentialis ratione divinitatis, cui unitus est, *princi-*
pium omnis hierarchiae angelicae et humanae, quantum ad
 5 ipsos gradus potestatis, *et sanctificationis*, quoad dona de-
 purantia et confirmantia, quibus gradus distribuuntur, *et*
deificationis, quantum ad consummationem reductionis
 in deum, *et ipse*, dico, *essentia*, idest omnis essentiae
 causa, *et virtus divinissima* effective similiter *significanti-*
 10 *us*, idest expressius, *similiter et intellectualius*, quia simplici-
 ter *illucet essentiis beatis et melioribus nostrum*, idest nobis,
 scilicet angelis, *et assimilat eas ad proprium*, idest suum,
lumen non per aequalitatem, sed *secundum virtutem*, id-
 est proportionem ipsarum, *que*, idest *et*, *complicat*, idest
 15 *adunat*, | *multas alteritates nostras*, idest intellectus nostros
 non firmiter stantes in uno, sed nutantes ad diversa;
 non enim alteritates nominat ‘multiformes carnalium
 voluptatum curas’, ut dicit COMMENTATOR; has enim
 non complicat in se, sed abicit. Non tamen quorumlibet
 20 nostrum, sed *extentorum ad se*, idest qui porrigunt se ipsi
 praeparantes se ad gratiam, *et hoc fit amore bono*, idest
 bonorum, *extendente*, idest elevante, *nos* ad ipsum, *et ipse*
Iesus consummans, idest perficiens alteritates nostras *in*
uniformem et divinam vitam, quae participatione divinatorum
 25 ad divinam unitatem accedit, *et similiter uniformem*
habitum et actionem, *donat* nobis *sanctam et pulchram*, idest
 decenter ordinatam, *virtutem divinae sacerdotalitatis*, idest
 quae a deo et circa divina est, non tantum per essen-
 tiam, quia sic est in solis sacerdotibus, sed etiam per
 30 participationem, prout aliquid eius participatur ab infe-
 rioribus. Tripliciter autem perficitur anima: secundum
 essentiam, et sic est vita ex influentia gratiae in animam
 a deo; perficitur etiam secundum potentias, et quantum
 ad hoc dixit habitum, quo aliquis operatur, cum tempus
 35 fuerit secundum AUGUSTINUM; perficitur etiam in ope-

re, et quantum ad hoc dixit actionem. *Deinde venientes*
 dante Iesu *in sanctam operationem divini sacerdotii* vel per
 essentiam vel participatione *nos quidem efficimur propius*,
 quam prius eramus, *secundum virtutem* nostram *similitudi-*
ni collocationis, idest ordinis, *earum essentialium*, quae sunt
 40 *supra nos*, scilicet angelorum, collocationis, dico, *sacrae*,
manentis et immutabilis; licet enim in sacramentorum re-
 ceptione cottidie renoventur, semper tamen in eodem
 ordinis gradu persistunt, ut ALIBI explanatum est; *et ex*
hac similitudine, tamquam non sistentes in ea, *respicientes*
 45 *ut in primum principium et ultimum consummationis*
finem ad beatum Iesum, quantum ad naturam humanam,
et divinam claritatem ipsius, quantum ad divinam, *et etiam*
sacre, idest secundum mensuram fidei, *explorantes*, idest
 | inquirentes de divinis, *quaecumque possibile* est nobis
 50 *videre*, et etiam *illuminati*, idest instructi, *disciplinam*, id-
 est scientiam, *mysticam*, idest figuris velatam, *et hoc*
speculationibus sacrae scientiae poterimus fieri consecrati, idest
 purgati, quantum ad similitudinem doni, *et consecran-*
tes, quantum ad consortium potestatis, *luciformes*, idest
 55 *illuminati*, *et deifici*, idest illuminantes, et hoc propter
 similitudinem nominis, quia ‘theos’ dicitur a ‘videre’,
 et sic propinquat significationi luminis, et quantum
 ad communicantiam rei, quia omnia tria sunt divinae
 scientiae assumptio, ut in VII CAPITULO CAELESTIS HIER-
 60 ARCHIAE dicitur; et ideo tota deificatio perficitur per
 illuminationem secundum substantiam, et etiam *perfecti*
et perfectiores.

(1) Sed videtur quod non magis illuceat Iesus angelis
 quam nobis. Humanae enim naturae illuxit divinum
 65 lumen secundum esse per unionem, angelis autem
 tantum per gratiam, quod multo minus est; ‘numquam
 enim angelos apprehendit, sed semen etc.’, HEBR. I;
 ergo magis illucet hominibus quam angelis.

N QVS lp 15 *Q* f.3rb 50 *Q* f.3va

1 divini] eiusdem *S* 3 cui unitus] quae intus *lp* 7 deificationis] sanctificationis *V* 9 similiter] *om. lp* 10 expressius] expressive *V*
 | similiter] simul *lp* *Dion.* | et] *om. S* | intellectualius] intellectualibus *l* 10–11 simpliciter] simplicius *QVS lp* 11 essentiis]
 in *praem. lp* | melioribus] inferioribus *V* | nostrum] *om. QV* 12 scilicet] et *add. lp* | idest] *om. lp* 14 que – idest¹] quia
Q lp | que] quaeque *S* | et] idest *Q* 15 alteritates] alterationes *V* 16 nutantes] mutantes *V* 17 nominat] nominet *Q*
 18 voluptatum] voluptatis *V* 19 non – abicit] *hom. S* 20 extentorum] extenarum *Q* tantum *praem. S* | ipsi] ipse *S* 21 se] *om. S*
 22 et] *om. Q* 23 Iesus] spiritus *V lp* 26 idest] *sup. lin. N¹* 27 ordinatam] ordinantem *S* 27–28 idest – est] in *margin. N¹* 28 et] est
Q | divina est] *absc. est N¹* | tantum] enim *V om. lp* 29 etiam] *om. lp* 30–31 inferioribus] intelligentibus *V lp* 31 secundum]
 per *Q* scilicet *praem. S* 34 tempus] tempore *Q* 35 fuerit] sed *add. S* 36 dixit] dicit *S* 37 dante Iesu] *om. S* | Iesu] *om. V* gratia
lp | sanctam] gratiam *V om. lp* 38 participatione] per participationem *QV lp* 41 supra] super *VS lp Dion.* | sacrae] *canc. Q¹*
 42 manentis] in *margin. Q²* | sacramentorum] sacrorum *S lp* 43 cottidie] *om. V lp* | tamen] est *add. V* 45 sistentes] resistentes *S*
 | respicientes] sed *praem. lp* 47 ad¹] ab *V* | beatum] beatam *lp* | Iesum] Iesu *lp* 48 ad divinam] *om. S* 49 secundum] *om.*
V | idest²] et *S* 50 de divinis] *om. Q* | quaecumque] quocumque *Q* 51 illuminati] illuminari *V* | disciplinam] disciplina
lp 52 scientiam mysticam] scientia mystica *lp* | velatam] velata *lp* 53 poterimus] poterius *S* | fieri] *om. Q* 55 luciformes]
 luciferos *Q* 56 hoc] *om. Q* 58 significationi] sanctificatum *V* sanctificationibus *lp* 59 communicantiam] incommunicantiam *V lp*
 | tria] ista *lp* 60 caelestis] praecedentis *V lp* 61 dicitur] dicit *lp* 62 substantiam] subiectum *lp* 64 Iesus] deus *lp* 67 est] ipsa
add. S | numquam] nusquam *QV lp* 68 sed – etc.] *om. S* | sed semen] *om. QV lp* | I] XI,16 *p* 69 ergo] multo *add. lp*

18 Cf. Commentator λ f.162rb, π f.4rb. – 35 Aug., De bono coniug. c.21 n.25 (CSEL 41 p.219 v.17-18). – 44 Dion., De cael. hier. c.13 §3, PTS 36 p.46 v.15sq.; Dionysiaca II, 959. Cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.197 v.65sq., 84sq. – 57 Cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.60 v.28sq. cum notis 26 et 28. – 60–61 Dion., De cael. hier. c.7 §2, PTS 36 p.28 v.13sq.; Dionysiaca II, 842sq. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.104 v.82sq. – 67 numquam: Cf. Alb., Super Matth. Ed. Colon. t.21 p.5 v.23, p.480 v.52, ubi ‘nusquam’ legitur. – 68 recte: Hebr. 2,16.